



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Manerium de
Dulwich

Curia Baronis Johanne Caulton vidue firmarii manerij predicti ibidem tenta decimo /-
die Junij , anno Regni domine nostre Elizabeth dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie Regine fidei
defensoris &c. vicesimo tercio . /

K.5

homagium tam
pro domina Regina
quam pro domina
huius Manerij

Petrus Marshe	} Jurati
Xpoferus Curson	
Nicholas Foster	
Thomas Claye	

Homagium predictum presentant omnia bene et nihil aliud . /

Ad hanc Curiam veniunt Willelmus Foster et Elizabeth Uxor eius et petunt quod predicta Elizabeth admitti Tenens ad medietatem septem acrarum terre in Dulwiche predicta in tribus parcellis iacentium, ac ad medietatem trium acrarum terre iacentium iuxta Gascoignes Pytte, et quatuor acrarum terre iacentium in le Apps cum pertinenciis terre customarie existentia ac parcellarum manerij predicti, et que Matheau^s Draper generosus tempore mortis sue tenuit sibi et heredibus suis per copiam Rotulorum Curie Manerij predicti , ac que post mortem prefati Mathei ad predictam Elizabetham unam sororum et coheredum predicti Mathei descendit , Cui quidem Elizabeth predicta Johanna Caulton firmaria Manerij predicti per Senescallum suum concessit dictam medietatem predictarum septem acrarum terre in tribus parcellis iacentium , trium acrarum terre iacentium iuxta Gascoignes Pytte , et predictorum quatuor acrarum terre iacentium in le Apps cum omnibus suis pertinenciis / Habendum et tenendum eidem Elizabeth et heredibus suis per virgam ad voluntatem dominorum manerij predicti , Reddendo et faciendo inde Annuatim domino manerij predicti pro tempore existente redditus et servicia inde prius debita et de iure



consueta , et predictus Willelmus et Elizabeth dant domine pro fine xx^s , et predicta Elizabeth fecit fidelitatem et admissa est inde Tenens , Et ad hanc eandem Curiam iidem Willelmus et Elizabeth eadem Elizabeth sola examinata sursum reddiderunt in manus dicte Johanne Caulton firmaria manerij predicti predictam medietatem predictarum septem acrarum terre in tribus parcellis iacentium , et predictarum trium acrarum terre iacentium iuxta Gascoignes Pytte, ac predictarum quatuor acrarum terre iacentium in le apps cum omnibus suis pertinenciis ad opus et usum Benette Fromans Vidue sororis dicte Elizabeth et heredum suorum ,/ Unde accidit domine predicte pro herioto optimum animal eiusdem Willelmi Foster , pro quo predictus Willelmus solvit domine Manerij predicti quadraginta solidos , Et super hoc ad eandem Curiam venit predicta Benetta fromans et cepit de domina in eadem Curia Tenementa predicta cum pertinenciis , Habendum et tenendum sibi et heredibus suis ad voluntatem domine secundum consuetudinem manerij predicti, faciendo et reddendo inde redditus consuetudines et servicia inde prius debita et de iure consueta et dat domine de Fine pro tali statu inde habendo viginti solidos , et seisina deliberata est eidem Benette per virgam , Et admissa est inde Tenens . /

Ad hanc Curiam domina per Senescallum suum concessit custodiam corporis et terrarum Nicholai Knight filii et heredis Henrici Knight , Petro Marshe et Johanne Uxori predicti Petri matri dicti Nicholai , Habendum et tenendum prefato Petro et Johanne et assignatibus suis durante minoritate eiusdem Nicholai , (solvis tamen semper domine Manerij predicti redditus et omnibus aliis serviciis inde prius debita secundum consuetudinem manerij predicti) et dant domine pro Fine quadraginta quinque solidos / & cetera ☞ ☞

[End of Roll J8 [previously K5] (recto). Nothing on J8 [previously K5] (verso).]